

+ Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
..... Episcopo Culmensi

Salutem et Apostolicam Benedictionem

De decima ecclesiastica moderate exigenda in Regno Lithoviae.

Exquisite diligentie studium plantis adhibendum
est teneris, ut profundis firmate radicibus in
altum facilius proficere valeant, et desidera-
tam ubertatem fructuum successiva fecundita-
te producant. Sane de carissimo in Christo
filio nostro Mindowse Mlustri Rege Lithoviae
spiritu exultante percepimus, quod cum ipse
olim in erroris devio constitutus conditoris
omnium notitiam non haberet, se numero
aggregari fidelium fecit per baptismatis sa-
cramentum, pie sine intermissione desiderans,

prepure, aut asperitatis tedium, sed lenitatis, ac
 suavitatis invenisse solatium gratulantes, scan-
 dalo perturbari non valeant, nec a bono propo-
 sito revocari. Contradictores autem, si qui fue-
 rint, vel rebelles, auctoritate nostra, monitione
 premissa, appellatione remota compescas. non
 obstantibus etc. Datum Mediolani Idibus
 Julii anno VIII.

Descriptum, et recognitum ex autographo Regesto Literarum
 aplicarum f. r. Innocentii PP. IX. an. IX. sp. b. quod adser-
 vatur in Tabulariis Secretisribus Vaticanis. In quorum fidem
 hic me subscripsi, et solito signo signavi.

Dabam e Tabulariis praefatis VIII. Kal. Junii MDCCCXXXVII.
 Indictione X. Pontificatus vero S^mi in Christo Patris, et
 Dⁿⁱ n^{ri}, Dⁿⁱ Gregorii div. prov. PP. XVI. an. VII.

e. n. Marini
 Tabular. P. B. E. Praefectus



[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



ut numerosa paganorum multitudo sibi sibi
subdita christiane professionis titulo decoretur.
Quia vero gens huiusmodi olim solita le-
ge nature vivere divinis institutionibus, et
preceptis, aut canonicis sanctionibus servan-
dis non potest de facili animum sic ple-
ne applicare. Nos paterno volentes affe-
ctu, ut ipsa quousque sibi firma soliditas in
predicte religionis cultu proveniat, spiritua-
lis lactis poculo foveatur, mandamus quati-
nus... Episcopo, et Prelatis, ac Rectoribus Ec-
clesiarum, qui fuerint in Lithovia constituti,
auctoritate nostra districte precipias, quod
in exigendis, ac percipiendis decimis circa pre-
dictum Regem, ac eiusdem subditos, ita se ha-
beant, ut ipsa sub onere ac iugo Domini non